Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

℟ Elizabeth Zacharie magnum virum genuit Jo-
hannem baptistam precursorem domini. Qui viam domino
preparavit in heremo ℣ Fuit homo missus a deo cui
nomen Johannes erat. Qui viam domino. lc.
Quam innocens est huius vita. vel qua
possimus de voce eius digna compensare.
qui agni celestis adventum et primus ag-
novit et solus ostendit. Quam mirabile
universis est eius preconium. de cuius ore pri-
mo absolucionem suam mundus audivit. ℟
Priusquam te formarem in utero novi te et ante
quam exires de ventre sanctificavi te. Et prophetam in
gentibus dedi te ℣ Vir dilectus a deo et ab homi-
nibus honorificatus est. Et prophetam. In ii. nocturno an.
Misit dominus manum suam et tetigit os meum et
prophetam in gentibus dedit me dominus ps Cum invocarem an.
Ecce dedi verba mea in ore tuo constitui te super
gentes et regna ps. Verba mea an. Dominus ab utero
vocavit me de ventre matris mee recordatus